CXXXI

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Benedictus epus servus servorum dei Venerabili fratri .. Epo Mantuan Salt et aplicam ben. Suscepti cura regiminis cor nrm continua pulsat instantia ut solicitudinis debitum ad
quod universis orbis ecclijs et Monasterijs nos aplice servitutis necessitas obligat erga singulis prout nobis ex alto conceditur exoluamus in eo potissime ut illorum regimina que proprijs sunt pastoribus
destituta personis talibus comitantur per quarum solertiam circumspectam et solertem circumspectionem ecclie et Monasteria predicta in spiritualibus et temporalibus valeant adaugeri. Dudum siquidem felicis
recordationis Johannes pp. xxij. predecessor nr ex certis rationabilibus causis omnes et singulas Cathedrales et Collegiatas ecclias Civitatis et dioc ac Provintie Aquilegen tunc vacates et inantea vacaturas per
Biennium primo et deinde tempus huiusmodi Biennale diversis successive vicibus de Biennio in Biennium prorogando usque ad kl Aprilis Pontificatus dicti predecessoris anni decimiseptimi provisioni sue ac
sedis aplice auctoritate aplica reservavit. Decernens extunc irritum et inane si secus super hijs per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Voluit insuper et decrevit per litteras
prorogationis huiusmodi reservationem et decretum predicta ad seculares et regulares tam Cathedrales quam Abbatiales et alias quascumque Collegiatas preterquam Monialium et aliarum religiosarum mulierum ecclias exemp
tas et non exemptas Civitatis et dioc ac Provintie predictarum quibuslibet declarationibus alias factis super hoc per dictum predecessorem non obstantibus extendenda. Ac deinde cum finis huiusmodi ultime pro
rogationis instaret dictus predecessor similibus causis inductus reservationem et decretum predicta usque ad duos annos ab eisdem kl Aprilis inantea computandos auctoritate predicta per suas certi tenoris litteras
modo et forma expressis superius extendit ac etiam prorogavit. Interim vero dum adhuc idem predecessor ageret in humanis Monasterio beate Marie de Credario Mantuan per Priorem solito gubernari ordinis
sancti Marci Mantuan per obitum quondam Ciboli Prioris eiusdem Monasterij qui dudum in partibus illis diem clausit extremum Prioris regimine destituto ac deinde dicto predecessore sublato de medio
Nos postmodum ad apicem summi Aplatus assumpti vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipius Monasterij beate Marie celerem et felicem de quo nullus preter nos ea vice dispo
nere poterat reservatione decreto prorogatione et extensione obsistentibus supradictis ne ipm Monasterium longioris vacationis exponeretur incomodis paternis et solicitis studijs intendentes et cupientes
talem eidem Monasterio beate Marie preesse personam que sciret vellet et posset ipm preservare a noxijs et adversis ac in suis manutenere iuribus et etiam adaugere post deliberationem quam super hijs
cum fratribus nris habuimus diligentem demum ad dilectum filium Jacobum de Gozadorijs Priorem predicti Monasterij beate Marie eiusdem Monasterij Canonicum ordinem ipm expresse professum
in sacerdotio constitutum cui de religionis zelo litterarum scientia vite munditia et alijs multiplicium virtutum meritis fidedigna testimonia perhibentur pro quo etiam dilecti filij Conventus dicti Monasterij
beate Marie nobis super hoc per eorum patentes litteras unanimiter supplicarunt direximus oculos nre mentis quibus omnibus diligenti meditatione pensatis de persona prefati Jacobi dicto Monasterio
beate Marie de dictorum fratrum consilio auctoritate aplica duximus providendum ipmque illi prefecimus in Priorem curam et administrationem ipius sibi tam in spiritualibus quam in temporalibus ple
narie comictendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dextera domini eidem Priori assistente propitia prefatum Monasterium beate Marie per ipius Prioris circumspectionis industriam
prospere dirigetur et salubria dante domino suscipiet incrementa. Cum igitur ut idem Jacobus prior in comissa sibi administratione dicti Monasterij beate Marie facilius proficere valeat favor tuus eidem
sit plurimum oportunus fraternitatem tuam monemus rogamus et hortamur attente per aplica tibi scripta mandantes quatinus eundem Priorem et comissum sibi Monasterium ordinario tibi iure subiectum
habens pro nra et eiusdem sedis reverentia propensius comendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eum tui favoris auxilio prosequaris quod ipe in comisso sibi regimine dicti Monasterij se
possit utilius exercere tuque divinam misericordiam et dicte sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Dat Avinion xv kl Marcij
Pontificatus nri Anno Quarto.

Morbio 4 (131)
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1769533338-14/fragment/page=0001

Marbio 4 (134)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1769533338-14/fragment/page=0002

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

CXXXI

Benedictus eps servus servorum dei Venerabili fratri .. Epo Mantuan Salt et aplicam ben. Suscepti cura regiminis cor nrm cotinua pulsat instantia ut solicitudinis debitum ad
quod universis orbis ecclijs et Monasterijs nos aplice servitutis necessitas obligat eorum singulis prout nobis ex alto conceditur exolvamus in eo potissime ut illorum regimina que proprijs sunt pastoribus
destituta personis talibus comitantur per quarum solertiam circumspectam et solertem circumspectionem ecclie et Monasteria predicta in spiritualibus et temporalibus valeant adaugeri. Dudum siquidem felicis
recordationis Johannes pp. xxij. predecessor nr ex certis rationabilibus causis omnes et singulas Cathedrales et Collegiatas ecclias Civitatis et dioc ac provintie Aquilegen tunc vacates et inantea vacaturas per
Biennium primo et deinde tempus huiusmodi Biennale diversis successive vicibus de Biennio in Biennium prorogando usque ad kl Aprilis Pontificatus dicti predecessoris anni decimiseptimi provisioni sue ac
sedis aplice auctoritate aplica reservavit. Decernens extunc irritum et inane si secus super hijs per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Voluit insuper et decrevit per litteras
prorogationis huiusmodi reservationem et decretum predicta ad seculares et regulares tam Cathedrales quam Abbatiales et alias quascumque Collegiatas preterquam Monialium et aliarum religiosarum mulierum ecclias exep
tas et non exemptas Civitatis et dioc ac Provintie predictarum quibuslibet declarationibus alias factis super hoc per dictum predecessorem non obstantibus extendenda. Ac deinde cum finis huiusmodi ultime pro
rogationis instaret dictus predecessor similibus causis inductus reservationem et decretum predicta usque ad duos annos ab eisdem kl Aprilis inantea computandos auctoritate predicta per suas certi tenoris litteras
modo et forma expressis superius extendit ac etiam prorogavit. Interim vero dum adhuc idem predecessor ageret in humanis Monasterio beate Marie de Credario Mantuan per Priorem solito gubernari ordinis
sancti Marci Mantuan per obitum quondam Ciriolo Prioris eiusdem Monasterij qui dudum in partibus illis diem clausit extremum Prioris regimine destituto ac deinde dicto predecessore sublato de medio
Nos postmodum ad apicem summi Aplatus assumpti vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipius Monasterij beate Marie celerem et felicem de quo nullus preter nos ea vice dispo
nere poterat reservatione decreto prorogatione et extensione obsistentibus supradictis ne ipm Monasterium longioris vacationis exponeretur incomodis paternis et solicitis studijs intendentes et cupientes
talem eidem Monasterio beate Marie preesse personam que sciret vellet et posset ipm preservare a noxijs et adversis ac in suis manutenere iuribus et etiam adaugere post deliberationem quam super hijs
cum fratribus nris habuimus diligentem demum ad dilectum filium Jacobum de Gozadorijs Priorem predicti Monasterij beate Marie ~ eiusdem Monasterij Canonicum ordinem ipm expresse professum
in sacerdotio constitutum cui de religionis zelo litterarum scientia vite munditia et alijs multiplicium virtutum meritis fidedigna testimonia perhibentur pro quo etiam dilecti filij Conventus dicti Monasterij
beate Marie nobis super hoc per eorum patentes litteras unanimiter supplicarunt direximus oculos nre mentis quibus omnibus diligenti meditatione pensatis de persona prefati Jacobi dicto Monasterio
beate Marie de dictorum fratrum consilio auctoritate aplica duximus providendum ipmque illi prefecimus in Priorem curam et administrationem ipius sibi tam in spiritualibus quam in temporalibus ple
narie comictendo. In illo qui dat gratias et largitur premia cofidentes quod dextera domini eidem Priori assistente propitia prefatum Monasterium beate Marie per ipius Prioris circumspectionis industriam
prospere dirigetur et salubria dante domino suscipiet incrementa. Cum igitur ut idem Jacobus prior in comissa sibi administratione dicti Monasterij beate Marie facilius proficere valeat favor tuus eidem
sit plurimum oportunus fraternitatem tuam monemus rogamus et hortamur attente per aplica tibi scripta madantes quatinus eundem Priorem et comissum sibi Monasterium ordinario tibi iure subiectum
habens pro nra et eiusdem sedis reverentia propensius comendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eum tui favoris auxilio prosequaris quod ipe in comisso sibi regimine dicti Monasterij se
possit utilius exercere tuque divinam misericordiam et dicte sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Dat Avinion xv kl Marcij
Pontificatus nri anno Quarto.

Martio 4 (131)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1769533338-14/fragment/page=0003